Nomina Praelatorum et Canonicorum Eccl[esi]ae Cathedralis Varmien[sis]

Nicolaus Koss Praepositus et Canonicus	Annorum	63	Prutenus
Joannes Cretzmerus Decanus et Canonicus	Anno.	65	Pruss. obijt.
Thomas Treterus Custos et Canonicus	—	58	Polon.
Joannes Pisinski Cantor et Canonicus		42	Pruss.
Stanis. Hosius Canonicus	—	50	Lituanus
Sebastianus Cromerus Canonicus		41	Polonus
Joan: Novairski Canonicus	—	41	Prutenus
Paulus Gornicki Canonicus	—	54	Polonus
Henricus Hindenberg Canonicus		47	Prutenus
Joannes Prenck Canonicus	—	29	Prutenus
Martinus Kotacki Canonicus	—	47	Polonus
Felix Koss Canonicus	—	28	Prutenus
Adamus Steindalen Canonicus	—	46	Germanus
Albertus Filipski Canonicus		53	Polonus
Joannes Kuczski Canonicus	—	28	Polonus
Samuel Knuts Canonicus	—	30	Prutenus

Copia Literarum S. R. M.

Sigismundus Augustus etc.

Venerabiles devoti nobis dilecti. Ex litteris D. V. proxime ad nos datis intelleximus magnopere D. V. desiderasse, ut qui nunc Ecclesiae Varmien. praeest Episcopus, ille diutius etiam atque adeo per omne vitae suae tempus vobiscum permansisset. Verum quod is, ad alium Episcopatum transferendus sit sollicitas esse videmus D. V: ne inde designando illi successore Ecclesia D. V. aliquam imminutionem privilegiorum patiatur, cuiusque rei causa nuntios suos ad nos missuros ostendunt. De

Rndo D. Epo Varmien illud a nobis quidem constitutum est, quod virtus ipsius merebatur, quodque ex utilitate Eccae Dei fore existimavimus: quo nam vero modo Sedes Aplica illud acceptura sit, et quid de translone ipsius decretura, nondum nobis constat, ac proinde de ipsius quoque successore nulla a nobis adhuc cogitatio suscipi potuit. Sollicitudinem porro D. V. de privilegijs suae Eccae conservan. non improbamus; quemadmodum aut Divi antecessores nri magnopere sua ac Reip. interesse arbitrati sunt, ut electio et constitutio Epi loci illius debito modo et ordine peragatur, ita in eadem nos quoque sumus sententia, dabiturque a nobis opera, cum opportunum tempus huic rei advenerit, ut in eo negocio nihil nisi ex utilitate Eccae Dei et commodo ac bono Reip. agatur, eorumque digna et iusta ratio habeatur. D. V. omnem a Deo felicitatem optamus, et benevolentiam nram Regiam deferimus. Datt Cracov. die 21 Aprilis.

Sigis Rex

Ex lris Illmi Dni Vice Cancellarij
Epi Varmien

Nuntios quod mittendos ad Mttem Regiam statuerint nequaquam illud improbandum est, existimamus tamen non admodum in mittendis ijs properandum esse, quid enim aliud hoc tpe prius quam Roma aliquid de translone nra adferatur relaturi essent, quam quale aliquod responsum? Quare si vigilantiam solummodo et sollicitudinem de rebus Eccae contestatam apud Mttem Regiam esse volunt, non male facient, si aliquos etiam nunc e Collegio suo eam ob causam ad Mttem Regiam mittent. Verum si, quod ante electionem

(3) 1v

nram fecerant, cathalogus Praelator et Cancorum
mittendus illis esset, urgendumque Sigismundi Privilegium.
Videtur nondum tempus huic rei advenisse, cum sedes ad-
huc non vacet. Roma nihil aliud significatum nobis
est, quam recte lras nominationis Mtis Regiae
et simul nras cum scheda Cambij eo pervenisse, in
negocio expeditionis nullum esse factum initium, cum
ad efficiendam pro [illegible] Epatus expeditionem duo adhuc
consistoria tum desiderata fuissent, lentiusque admodum
negocium illud processerit. Cum certi aliquid de nra
translone ad nos adfertur, non praetermissuri sumus, quin
mature illas quoque de hac re faciamus certiores
Interea tradendo a nobis in manus Frat. Vrae Epatum
speramus nullam vel a nra vel a Frat. Vrae parte
difficultatem intercessuram. Nam et Officialibus nris
demandatum a nobis est, ut recte secundum Inventarium
oia ad tradendum praeparentur, et Frat. Vras aequi
tatem quam debent, et quam promittunt in eo negocio
observaturas non dubitamus.

Capituli Warmiensis [illegible]
Reg: [illegible] Oct. 16[illegible]

(5) 2v